

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5515

**Auteur(s) :** Hugues de Morville, Coutances (évêque)

**Bénéficiaire(s) :** Coutances (chapitre cathédral)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1236, août

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

L'évêque de Coutances Hugues [de Morville] fonde son obit, qui devra être célébré le jour anniversaire de sa mort ; celui de son père Herbert, célébré le 28 août ; de sa mère, célébré le 8 novembre et de ses frères, célébré le 31 décembre. Il donne pour cela des dîmes sur les paroisses de Hauteville-la-Guichard, Quettehou, Belval, Saint-Denis-le-Vêtu, Vaudrimesnil, Canisy, Tessy-sur-Vire, Heugueville-sur-Sienne, Roncey, Laulne, Sainteny, Monthuchon, Saint-Pierre-d'Arthenay et Nay, ainsi que les prébendes appartenant autrefois à la chapelle de Cherbourg.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 327, p. 470-471.

## Dissertation critique

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, H[ugo], Dei gratia Constantiensis ecclesie minister humilis, eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos, divinum cultum in ecclesia Constantiensi cupientes propensius augmentare, pensata utilitate et necessitate ejusdem ecclesie, dedimus eidem et concessimus ad opus communie, licet diversis temporibus, ea que infra duximus propriis annotanda vocabulis, videlicet in ecclesia de Alta Villa La Guischart, terciam garbam decime et centum solidos tur. annue pensionis ; in ecclesia de Ketehou, terciam garbam ; item ecclesiam de Beval ; in ecclesia Sancti Dyonisii Le Vestu, terciam garbam, excepto eo quod in presenti percipit ibi Henricus de Briecort, quo cedente vel decedente quicquid idem ibidem possidet in augmentum predictae communie accresceret ; item ecclesiam de Vaudrimesnil ; in ecclesia de Canigeio, duas garbas ; ecclesiam de Tesseio cum omnibus pertinenciis post decessum vel cessionem persone que nunc est in eadem ecclesia ; item ecclesiam de Heuguevilla ; in ecclesia de Ronceio, terciam garbam ; [ecc]lesiam de Alno ; in ecclesia de Cesarisburgo, duas garbas ; in ecclesia de Torlavilla, tres partes decime garbarum tocius ville ; apud Sanctineium prebendam que fuit magistri [Radulfi] de Belvaco ; item prebendam de Noienvilla post decessum vel cessionem R[icardi de Petra]villa archidiaconi insularum ; item prebendam magistri Willelmi de Boenao post [decessum] vel cessionem ipsius ; item prebendam que fuit Johannis Ruffi apud [Ce]sarisburgum ; item prebendam magistri Ricardi dicti Pauperis post decessum vel [cessio]nem ipsius ; item ecclesiam de Ansgovilla post decessionem presbiteri qui [eam] possidet ; in ecclesia de Monte Huechon, duas garbas decime cum manerio et grangia et clauso et aliis elemosinis que Enguerrandus persona ejusdem ecclesie possidet ; in ecclesia de Naio,

centum solidos tur. in perpetuum per manum presbyteri ibidem [deservientis] [solendas an]nuatim ; in ecclesia [de Artaia, terciam] garbam ita [quod presbiter vel vicarius qui in] ecclesia Constanciensi cotidie missam celebrat pro defunctis quindecim libras tur. per manum custodis ecclesie communie Constantiensis percipiet annuatim, medietatem ad synodum paschalem et medietatem ad synodum autumnalem. Hec autem omnia supradicta dedimus et concessimus ecclesie nostre Constanciensi in usus et proprietatem canonicorum ibidem Deo serviencium convertenda, salvis sufficientibus sustentationibus vicariis in predictis ecclesiis per nos et successores nostros instituendis. Preterea sciendum est quod capitulum nostre Constantiensis ecclesie grata libertatem nobis obtulit et concessit quod quatuor obitus pro defunctis in annis singulis in ecclesia Constanciensi solempniter fieri procurabit, primum pro Herberto, patre meo, quinto kalendas septembris ; secundum pro Emmelina, matre mea, sexto ydus novembris ; tertium pro magistro Radulpho, Romane ecclesie cardinali, Radulpho, canonico regulari, Alveredo, Willelmo et Nicholao, fratribus meis, pridie kalendas januarii ; quartum pro nobis, faciendum ea die qua fuerimus viam universe carnis ingressi, ita tamen quod in nostro obitu singulis annis celebrando juxta consuetudinem ecclesie Constantiensis erogabit capitulum decem libras tur. canonicis et centum solidos clericis chori qui presentes intererunt obitui celebrando ; item panem de decem quarteriis frumenti pauperibus ; item in unoquoque aliorum trium obituum predictorum similiter pauperibus quatuor quarteria erogabit. Que omnia faciet fieri capitulum per custodiam sue communie. Ut autem hec omnia predicta futuris temporibus maneant inconcussa, tam nos quam predictum capitulum, presenti carte sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense augusti.